

1763.

1. Griger, Joannes Burcardus : Ad audiendum orationes pro capessendo numeri iurium professoris publici extraordinarii . . . invitat singulariter de loco fidei communiorum in praeceps familiarium nobilium alienatione dissolutis.
2. Rudolphus, Joannes Christopherus : De crimibus selectorum carnis et pluvium accessories.
3. Praetorius, Christopherus David : De origine principum eorumque successione in territorium imperii Germanici.
4. Zintel, Joannes Christianus : De ecclesiis cathedralibus.

1764.

1. Griger, Joannes Burcardus : Ad audiendum orationes pro capessendo numeri iurium professoris publici ordinarii

- 6
- inventat vindique de originalis et factio
jurconsultorum Romanorum Rogerio
2. Hanschilt, Joannes Fridericus: De praelibus &
malac fisti possessore restituendis communis
usuris
3. Schierschmidius, Joannes Turcicus: Programma iuris
jurale: De usuris ultra quincunxes licet propositis
ris non exigentis . . . Dissertationi in ang. Pandatis
Joannes Friderici Hanschilt de praelibus & malac
fisti possessore restituendis communis usuris
presentium.
4. Schierschmidius, Joannes Turcicus: De testamento
coram solo justice non conficiendo.
5. Schierschmidius, Joannes Turcicus: De justice
philosopho.

6. Suntter de Louyen, Matthaeus: De jure navalium,
nei mercantibus, nei aliis cirosbus, sed nautis
et apificibus, lib. et imp. contatis Lindauiae,
in mari Sacro con laca Bodanico iuxta statuta
proposita et solitariae competente, cum conexis.

1765.

1. Rossmannus, Andreas Elias: De laboribus et cura
trotus ex more Augstantia.

2. Rossmannus, Andreas Elias: De valore cambiis in
imperio

1766,

1. Schierschusius, Dr. Tortinus: De interpretatione
contra eum facienda qui clariss logi debuit.

2. Schierschusius, Dr. Tortinus: De dannis miscetis
varallio oppigerando fundo concessum potentibus
non difficili.

Er. 13. num. 5.

DE
CRIMINIBVS
DELICTORVM CARNIS
VTPLVRIMVM ACCESSORIIS
DISSERTATIO

P 444 H
IN ALMA FRIDERICIANA
PRAESIDE
VIRO CONSULTISSIMO AC DOCTISSIMO
DOMINO
IOANNE CHRISTOPHORO
RVDOLPHO D. 1763, 2

IVR. P. P. O. ET PHIL. EXTRAORD.
ELECTORALIS MOGVNTINAEC ACADEMIAE SCIENTIARVM UTILIVM
ERFORDENSIS MEMBRO ORDINARIO ET SOCIETATIS
TEVT. ERLANG. SOCIO HONORARIO

PATRONO AC FAVTORE SVO
OMNI OBSERVANTIAE STUDIO DEVENERANDO
DIE FEBRVARII CIDIO CC LXIII
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBIICIET
AVCTOR ET RESPONDENS
CAROLVS FERDINANDVS GVLIELMVS
BESEKE

BVRGO - MAGDEBVRGENSIS
SOCIET. TEVT. ERLANG. MEMBR. ORDINAR.

ERLANGAE
EX OFFICINA WALTERIANA.



DE
CRIMINIBVS
DELICTORVM CARNIS
ATPLARIVM ACCESSORIIS
DISSESSATIO

IN ALMA FRIDERICIANA
PRÆSIDIE
ALIO CONSULTARIUM AD DOCTISSIMO
DOMINO
IOANNI CHRISTOPHORO
RADOLPHO D.
PATERNO AC FAVTORI SAO
OMNI ORBIVNNAE STUDIORI DISCERNENDO
TUTICIDVS ERADICATORVM DISCERNENDVS
AVOTVS ET RESEARCHENDVS
CYRILLAS ERUDITIONES GATHETIVS
HESSE
HARCO MAGISTERIAE EXERCITIVS
EX OERIGIA

A MONSIEUR
MONSIEUR
JEAN JUSTÈ
DE **VOIGTS**
CONSEILLER DU HAUT TRIBUNAL
DES APPELS AU SERVICE DE SA MAJESTE
BRITANNIQUE

A

CELLE.

A MONSIEUR
MONSIEUR
JEAN JUSTE
DE VOIGTS

CONSEILLER DU HAUT TRIBUNAL
DES APPRELS DU SERVICE DE SA MAISON
BRITANNIQUE

GELE

MONSIEUR,
Précieuses de mes études. Ce tout au commencement
Précieuses, & du bas commence une bénédiction
Précieuse du R^e au Comm^r Gouverneur comme à vous
TRE. Ainsi écrit, ce qui me paraît être
bien assez - principalement d'après cette forme
épargnée. Mais je crois que si l'on tient au
jeux pour être privilégiée à vos Yards il faudra
ce communiqué. Non, car cela, de la sorte
vous dirai au commencement de l'ISTE

que je suis à l'office & du bas sera en
entre les autres motifs que j'ai eu de
tenter quelque chose dans la républi-
que des lettres, un des plus agréables
a été le désir de vous témoigner publiquement
les Devoirs qui m'attachent inviolablement à
vous. Et que ne feroit-on pas pour plaire à
un Mecenas quand même l'évenement ne re-
pondroit pas à l'attente. Je prends donc la li-



berté, MONSIEUR de vous offrir les premices de mes études. Ce sont en effet des premices, & qui par consequent ne peuvent plaire qu'à un Coeur genereux comme le VOTRE. Aussi est-ce, ce qui m'enhardtit à VOUS prier très - humblement d'agrérer cette foible ébauche. Mais le contenu n'est il pas trop affreux pour être présenté à vos Yeux si doux & compatissans? Non, car celui, qui comme VOUS, qui en effet portez le Nom de JUSTE, aime la Justice & qui la possede en un si haut degré, fait aussi bien exercer une juste Severité qu'etre clement. Ce n'est donc point un crime que de mettre entre vos Mains des choses, qui quoique terribles, ne laissent pourtant pas d'être justes & équitables. VOUS pêtes Amateur des arts & des sciences & une telle matière n'est elle pas de leur ressort? Je dis que VOUS n'avez pas les sciences, c'est ce que je prouve non seu-
per

8 X

le.

lement par VOTRE erudition actuelle, par l'il-
lustre Employ auquel elle VOUS a conduit,
& par VOTRE bibliotheque bien nombreuse
& la mieux choisie; mais encore en ce que fort
jeune & modèle de vos compagnons d'étude
VOUS avez déjà disputé publiquement & sans
doute avec bien de la gloire à l'Academie de
Helmstedt où VOUS faisiez VOTRE cours.
La preuve en est encore dans les mains du Pub-
lic. Je tais vos autres louanges de peur de
me rendre suspect de flatteries, qui ne donnent
jamais du relief à des Personnes recomman-
dables par leurs merites. Je me borne, MON-
SIEUR, à vous souhaiter toutes les prospe-
rités imaginables, dont le Ciel vous veuille
combler jusqu'au dernier periode de l'âge le
plus avancé. Dieu VOUS fasse voir dans Mr.
VOTRE FILS, avec lequel j'ai l'honneur d'être
ici etroitement lié par nos études, une constan-
te

Chrysostomus Gallus Belli



té imitation de vos illustres Vertus. Quant
à moi j'ose vous demander avec instance la
Continuation de vos bonnes graces auxquel-
les je me recommande avec beaucoup de Re-
spect & de devouement étant avec toute la pas-
sion possible, pour que

MONSIEUR,

Votre très humble & très obéissant
Serviteur

Charles Ferdinand Guillaume Bescke.



I. N. I.

CAPVT I.

GENERALIA TRACTATIONIS SISTENS.

S Y N O P S I S .

*Instituti ratio 1. Thematis expositio 2. Crimina tractanda
recensentur 3.*

§. I.



Animo quidem constitueram usus et exercitii gratia quaedam de delictis carnis commentari. Quum vero mihi in oculos incurreret, hand indocta VNGEPAVERI de delictis carnis commentatio; statim destitui ab eo, quod mihi initio propositum erat, cogitans, male illum agere, qui litteratam quasi cramben recoqueret. Ut igitur idea ideam parit, ita et illico mutato confilio de delictis carnis materies, fese conuerit in, non dicam similem, sed tamen affinem et mox post conceptum delictorum, quae carne perpetrantur, exsurgentem cogitationis materiam. Inde illa nostra in fronte huius libelli inscriptio, inde haec, quam vides, tractatio aut potius rerum quarundam criminalium delibatio. Elegi igitur materiam, quae, quod ad singula attinet, vetus est, quod ad tractandi uno loco methodum et nexus, quo singula crimina spectantur, plane noua mihi videtur. In quantum haec tibi omnia videantur vera, in quantum falsa, in tantum ea L. B. aut accipias beneuole aut relictas humaniter, rogo.

A

§. II

§. II.

Ante omnia autem thematis, de quo mihi sumsi differendi copiam, idea, quam cum illa coniungi volo, praefruenda erit. Quum continetur propositione composita, quae duo inuoluit, scilicet I. *delicta carnis II. delicta seu crima eorum accessoria*: primo illa, tum etiam haec definienda veniunt. Sunt autem delicta carnis illa, quae committuntur per illicitem partium genitalium usum; adeoque in illis ad tria potissimum respiciendum est. Primo enim videndum est, ad quemnam praecipue finem natura partes genitales destinauerit? Et quoniam quidquid per structuram organorum corporis obtineri potest, eorum finem constituit: finis partium genitalium hic erit, vt homo sit, et ut qua talis. Deinde in illud inquirendum, an certus partium genitalium usus tendat ad eorum finem obtinendum, nec obligationibus hominis cum in abstracto tum in concreto, tam erga semetipsum, quam erga alios, sit contrarius? Si enim finis organorum genitalium obtineri nequit, vel usus eorum obligationibus contrarius, erit earum partium illicitus. Tum quoque videndum est, an adlit quedam poenalis lex, quae certum partium genitalium usum poena notauerit? Hac enim posita, quod factum, delictum erit, quum contra eiusmodi lege deficiente factum, et si illicitum, et si peccatum sit, delictis tamen annumerari nequeant *). Quod spectat ad *delicta delictis carnis accessoria*, mihi generatim *accessorium est*, quod ad rem extra substantiam eius aduenit, sive hoc fiat semper, sive aliquando, sive plurimum. Ergo erunt crimina delictis carnis plurimum accessoria, illa crimina quae ad delicta carnis extra substantiam **) eorum plerumque adueniunt sive cum illis plerumque coniunguntur. Ratio vero, cur et quatenus ad ea

vt-

*) Variis sic legibus prohibetur concubitus cum alterius coniuge, cum virginem aut volente aut invita, cum persona in gradibus ad nubendum prohibitis, cura beatis et eiusdem sexus personis etc. ex quibus omnibus delicta illa carnis famosa oriuntur, nempe: adulterium, stuprum tam simplex quam violentum, incestus, sodomia etc.

**) Delicta et per consensum delicta carnis ut res Morales spectari posse, nemo negabit, res vero cum physicas tum Morales substantiam habere (nam alias non essent res) notum est. Substantia vero rerum mihi est complexus Morales earum sive difficultas loquendo, eiusmodi earum qualitates, que eas tamquam res Morales constituant, aut non abesse possunt nisi velis, eas non amplius esse, quod esse supponatur. Quum igitur res Morales sint res, hancque substantiam, sequitur, illis etiam aliiquid accedere posse, quod earum substantiam seu essentiam non afficit et varias earum affectiones extrahendas complectitur. Hoc est quod accessorium vocavimus.

vt plurimum seu plerumque adueniant, seu iis accessoria habeantur, sequentibus patebit, si prius quae sint illa crima ex recensione eorum §. sq. et definitione singulorum §. 4. sqq. percepimus.

Schol. Dixi in themate *ut plurimum*, quia absonum et contra rationem foret omnem, statuere, haec crima, quae exponentur, omnia aut numquam peculiariter et separatim committi aut ad perpetranda delicta carnis necessario requiri.

§. III.

Quum igitur crima delictis carnis accessoria, sint delicta, quae cum delictis carnis plerumque coniunguntur (§. II.), facile est intellectu, ea vel antecedere delicta carnis atque ad illa viam sternere vel post illa perpetrata seu consummata demum subsequi. Hac ratione considerabimus I. ea crima, quae suppetias carnis delictis ferunt, quorum primario pertinent 1) raptus 2) lenocinium et 3) procurata sterilitas. II. ea quea praefuppontiam iam consummatum delictum carnis idque sequuntur. Cuius generis sunt: 1) abactio foetus 2) infanticidium et 3) expositio infantum; vt adeo duas Classes et sex species eorum habeamus criminum quae tractamus.

CAPVT II.

SPECIALIA COMMENTATIONIS EXHIBENS.

SECTIO I.

*De Definitionibus et natura criminum delictorum carnis
ut plurimum accessoriorum.*

S Y N O P S I S .

CLASSIS I. de his, quae delicta carnis praecedunt, nempe: a) de raptu 4. b) de lenocinio 5. c) de procurata sterilitate 6. *CLASSIS II.* de his, quae delicta carnis sequi solent, nimurum: a) de abactione partus 7. de quibusdam eius affinis 8. b) de infanticidio 9. c) de expositio infantum 10.

CLASSIS I.

§. IV.

Inter crima delictis carnis accessoria primo loco retulimus rapturn, qui constitit in violenta abductione personae honestae animo libidinem exercendi facta. Requiritur itaque ad corpus delicti 1) trans-

A. 2

latio

latio personae de loco in locum ; 2) vt illa fiat sine consensu eorum, in quorum potestate est persona rapta, seu a quorum arbitrio dependet determinatio loci, vbi illa morari debet, hoc est enim violenta abdu^cto. Si igitur e. g. suae potestatis femina innita abducitur, vel alieni iuris consentiens, sed inuito patre l. 4. D. de diu. R. I. vel innita contentiente patre arg. l. 15. D. de cond. inflit, raptus adesse potest. Porro requiritur 3) vt persona, quae abducitur, honesta sit, nec mere-tricio more viuat, quam leges hic ad casu^tatis corruptionem respiciant l. 1. pr. C. de raptu virg. CCC. art. 118. ibi: eine unverleumde Jungfrau u. quae apud meretrices nulla est, quamvis de caetero quoad corpus delicti parum referat, mulier rapiatur vacans vel nupta l. 5. §. 2. D. ad L. Iul. de vi pub. libera vel ancilla aliena l. vn. pr. et §. 1. C. de raptu virg. Addo et 4) ultimum requisitum, nimirum vt abdu^cto fiat animo Venerem exercendi *) quod flui cum ex l. vn. C. de raptu virg. ibi: maxime cum virginitas vel casu^tas corrupta restitu^tu non posse, tum ex CCC. art. cit. ibi: einer unrechtfertigen Weiß, eoque hoc, de quo agimus, delictum ab aliis quibusdam, e. gr. a plagio, discernitur.

§. V.

De Lenocinio nunc videndum, quod crimen est, quo quis personas, quarum pudicitiam profutuit, mercales habet. *Femina* autem profutu dicitur, quum vagae alterius libidini exponitur. Finis huius delicti est, non vt libidini aliorum satisfiat solum, sed praecipue ut a parte delinquentis, i. e. lenonum, qui Plauto lubentes sunt malo muliebri, questus sit atque lucrum **) Nou. 14. Est vero vel *simplex* vel

*) Evidem hic turbas excitat c. 6. X. de raptor. de cuius quippe sensu non vna est doctorum sententia, cum alii hunc textum de *raptu sponsae* intelligant, alii de ea quae post raptum demum raptori *desponsata est*, eoque casu raptum etiam inuito patre commissum, dummodo postea raptus in matrimonium consentiat, secundum decretales quasi pro non facto habendum esse censent. Operae profecto pretium erit, in genuinum textus sensum, curatus inquirere, atque non hic de sponsae raptu, vel eius, quae primum inuito patre auoue paterno, in quorum potestate fuerat, vel etiam inuito matre, raptu, postea in matrimonium cum raptore consenserat, agi conferem, sed potius illud *parentes tentare*, atque de femina inuitis *parenibus*, i. e. collateralibus maxime masculis, abducta, in decretali sermonem esse contendere, si modo instituti ratio probations afferre permetteret. Sed hoc facturus instituti fines egredere nimium; atque ita intra nudae diuinationis limites subsistere malo.

**) Differt igitur ratione formae a fornicatione in eo quoque, quod ibi questus sit penes lenonem, hic vero penes fornicatricem.

vel *qualificatum*. Hoc committunt parentes filias, et mariti uxores suas prostituentes. BOELLMER in Iur. crim. Sec. II. c. 30. §. 316. sq. Illud quaelibet aliae personae. Si igitur ad corpus delicti in lenocinio respicimus, ad illud requiritur 1) actus, quo quis personam aliorum libidini exponit; qui siue *positius* sit, siue *priuatius* in conniventia subdola consistens, nihil refert, ut ex Nemeos Carolinae verbis: *gebrauchen läßt, recte colligit KRESS. ad CCC. art. 122. deinde 2) vt persona profituta a profituente fit diuersa, quum alias, cunctis renentibus, omnis, quae corpore quaestum facit, femina in lenocinii crimen incidere deberet; 3) vt circa subiectum profitutum delictum carnis actu insequatur, per CCC. art. 122. sq. Quemadmodum igitur persuasio successu carens, vel etiam praeludia illicitae Veneris accessibile, ad lenocinium non sufficit, ita e contrario nec requiritur, vt omnia ad propostum delictum carnis pertinientia, prorsus absoluta fuerint, et e. g. feminis immisso facta. Necessarium vero est 4) vt prostitutio facta sit animo lucri faciendo, *um einigerley Genieß willen* scilicet ut dicitur in CCC. art. 122. Quod sufficit, et si lucrum actu non sit perceptum. Caeterum, et si interdum lenocinium commissile dicatur, qui feminam gratis prostituit, proprie tamen hoc crimen, etiam si ad lenocinium proprius accedat, lenocinium non est, ut patet ex l. 29. §. 2. 3. 4. D. ad L. Iul. de adulst. ibi: *qui aliquid accepit, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere ****), fufiusque demonstrari posset, si limites, quos mihi posui, excedere atque in antiquitates excurrere licet. His tandem requisitis in lenocinio qualificato accedit 5) nexus personae prostitutae cum profituente, ut filiae cum patre vel ut uxoris cum marito, ob CCC. art. cit. Nam idem delictum e. g. a fratribus sorores, a curatoribus minores virgines profitentibus committi, praeeunte CARPOZOVIO Praet. Crim. Part. III. Quaest. LXXI. num. 45. sq. tutius negatur.*

§. VI.

Tertium, quod hic referimus, delictum est procuratae sterilitatis, idque consistit in actu, quo persona ad sobolem procreandam

A 3

fit

*** Et si plerunque lucrandi animus pars lenocinii essentialis habeatur, attamen alia sententia est BEYERI in Delin. Iur. civ. sec. Pand. lib. 48. Tit. 5. pol. 43. adeo ut nulla lucri mentione facta lenocinium sic definit, quod crimen sit, quo quis prostitutionem alienae pudicitiae adiuuat. Verum, si de proprio termini sensu quaeritur, illud tolerari nequit, quum meretrices tantum fuerint illae, quae palam corpore quaestum faciebant, et propriissime que-

fit inhabilis, quae vel actu habilis est, vel futura est. Supponitur igitur quod ad corpus delicti spectat, 1) persona vel actu habilis, cuius non tantum membra genitalia quoad structuram integrum, sed corpus etiam sufficienti seminis vel nutrimenti foetus copia instructum, vel persona, quae, si maturior aetas accesserit, habilis futura est, quales sunt impuberes, in quibus structura partium genitalium pro aetatis ratione vitium non habet. Non ergo in feminam necessario committitur hoc crimen, sed etiam in masculos committi potest arg. c. 5, *X. de homicidio ibi: homini aut mulieri et arg. CCC. art. 133. ibi: wer auch einen Mann oder Weib unfruchbar macht.* Deinde quoad corpus delicti requiritur 2) sterilitas superueniens et 3) actus, non tantum quem, sed etiam ex quo necessario sequitur impotentia generandi vel concipiendi, quod variis quidem modis e. g. venenis malis vel vi extrinsecus admota, committi posse constat, caeterum hoc loco enumerari modos non adeo opus est. Efficient autem, quae modo attuli, requisita, ut corpus delicti saepius incertum sit. Dolus an necessarius sit ad corpus huius delicti, an potius culpa sufficiat, ex eo dijudicandum est, an culpa impunis sit, de quo infra dicam. Quod vero ad personam spectat, circa quam hoc admitti potest delictum, nihil refert seipsum, an alium, sterilem reddiderit, qui sceleris auctor est, per CCC. art. 133. ibi: die Frau, so sie es auch an ihr selbst thäte. Nec etiam placet BARBOSAE sententia, quam tamen KRES-SIVS ad CCC. art. cit. damnare non ausus est, nimurum feminae nimis arctae, ut citra vitae periculum parere nequeat, liceo poculum sterilitatis praebeti; nam, qui libidini non patrocinandum esse censeo, magis eiusmodi feminae tutum, magisque legitimum remedium suadet, ab omni Venere abstinentiam.

CLASSIS II.

§. VII.

Foetum in materno adhuc vtero haerentem, ab ipso conceptionis tempore anima rationis capace iam praeditum, hominibus accensendum esse, haud immerito censeo. An eadem mens fuerit Romanis Iets, non adeo manifestum est. Si credis BOEHMERO in Diff. *de caede infantum in vtero* §. 9. quaefactionem pertractanti, ab ea senten-

ia in lupanari ad hoc habebantur, ut a lenone pro lucro prostituuerentur, TRECKEL ad Briffon sel. Ant. lib. I. cap. IV. hoc ipsum vero lenonis turpissimum commercium veteribus lenocinium proprie sit dictum.

tia paulo alieniores fuerunt. Sed non omnia eius argumenta fatis stringentia videntur. Nam quando ex eo, quod veteres partum *in rebus humanis esse* paſſim negant, arguit, illos et *hominem illum* negauisse, nexus non modo consecutionis deesse videtur, fed obſtat etiam *L. 38. §. 5. D. de poenis ibi: quodſi eo* (abortionis nimirum poculo) *mulier aut homo perierit etc.* vbi quid aliud est *homo*, quam partus in vtero? Quando ad *L. 1. §. 8. D. unde cognati prouocat, vt doceat*, ex Vlpiani mente embryonem nondum esse *animal*, non satis perspe-
xit, ibi fermonem non esse de partu in vtero, sed potius de eo, qui prorsus *nondum conceptus* est. Verum de tali quaefatio non veritur. Sed, *IVSTINTANVM*, ait, de eo, qui adhuc in vtero geritur, di-
xisse, quod *homo fieri speret*, *L. 14. C. de fideic. libert.* Hanc au-
tem ipem, quidni ad talem traheremus hominem, quales noſmet ſu-
mus, videlicet natum, eoque potiori iure, cum eodem textu is, qui in vtero eſt, ſeruus vocetur, qui tamen homo eſt. At, inquiet affi-
quis, *partus, antequam edatur, mulieris portio eſt viscerum, L. 1. §. 1. D. de inſpic. ventre.* Sit ita. Si enim talis portio viſcerum non eſt, quales ſunt reliqua viſcera, nihil impedit, quo minus ſimil homo ſit. Plura non addo. Si coniecturae locus eſt, rectius ſenſere Icti veteres, obſcurius dixere, et aequi eſt Interpretis, eorum dicta in meliorem par-
tem explicare. Ex his autem, que haſtenus dicta ſunt, iam aliqua ratione colligere poſſumus, quae fuerit Romanorum de partus abactio-
ne ſententia. Qui patriam apud Romanos potestatem olim limitibus omnibus, naturalibus etiam, expertem fuifte confent, vt censuit no-
uiffime *GERARD TEYSEN* in *Difff. de patr. potestat. effectionibus apud Romanos*, *Lugd. Bat. a. 1756.* habita p. 16, patri vi iuris vitae neciſ-
que licuiſſe, abigere partum, matri, ſi alii abactione iniuria fieret, non licuiſſe, extra hunc caſum eidem id alii licuiſſe, alii ob malum ex-
emplum eidem non permifſum fuifſe, putant. Vid. *BOEHMER Difff. cit. §. 12. ſq.* Evidēm in ea omnia ſuſius inquirere non licet, fed mea tamen ſententia nullis vñquam Romanis legibus ius datum vel patri, vel ylli hominum, expellere partum vtero. Si quis proœra-
to abortu conceptum occupauit ne nascatur, illud non iure factum, fed iniuria impuni. Nam patrio vitae necisque iure ius adeo monſtro-
rum non contineri, docebitur infra, et *TERTULLIANVS*, vbi in
Apol. cap. 9. verbis ſequentibus: *nobis vero, homicidio ſemel interdi-
cto, etiam conceptum vtero, dum adhuc ſanguis in hominem detine-
ratur, diſſoluere non licet; homicidii feſtinatio eſt, prohibere naſci: ne-*

refert natam quis eripiat animam, an nascientem disturbet. Homo est, et qui futurus, etiam fructus omnis iam in semine est: Christianorum cum Gentilium moribus contendit, hisce non ius obicit, sed factum. Nec alii etiam vetufis legibus eiusmodi ius datum esse, argumento est illa decantata l. 2. D. de mortuo infer. „ Negat lex regia, mulierem, quae praegnans mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur; qui contra fecerit, spem animantis (i. e. partum, spe saltim adhuc vivum) cum grauida peremisse videtur.“ Ast vero quid refert, ut spem animantis quis peremisse videatur, si illam sine fraude, sine poena, immo iure quodam perimere licuisset? Sed forsitan quaeret aliquis, quorum haec omnia dicta sint? Scilicet, ne cui mirum videatur, nouioribus ad minimum legibus abigere partum delictis accenserit. Vid. CCC. art. 133.

Est vero *abactio* partus seu *procuratio* abortus, actus, quo foetus adhuc immaturus ex utero expellitur. Quum vero, foetus vel *inanatus* (ἀνατέργαστος Ps. 139. s. παιδίον μὴ ἔξειποντείνων Exod. 21.) vel *animatus* (παιδίον ἔξειποντείνων Exod. 21.) sit, constat abactionem partus tam inanimati esse, quam animati. Ad corpus igitur delicti in genere requiritur 1) embryonem in utero iam actu adfuisse, adeoque conceptionem actu fuisse factam; 2) illum nondum esse maturum, nec 3) quod exanimatus sit, constare; 4) factum, quo embryo utero expellitur (Bezwang). CCC. art. cit. alias nondum suapte sponte egressurus. Qui igitur molam, vel monstrum expellit, quaque semen, quod vas muliebre hausit, ante conceptionem cicit, et ita effluxum sive ἐκποστή efficit (per 1.), medicus obstetrics manus praebens, vel medicamentis labores partus adiuuans (per 2. et 4.), vel foetum in utero mortuum exturbans (per 3.), ac tandem femina, cui praeternaturalis foetus exclusio, ante diem a natura destinatum, sponte et sine vi, contingit (per 4.), partum abegisse vel procurauisse abortum in sensu apud Ietros recepto dici non potest, nam ali^r *abortus* significatus, quos sicut TEICHMEYER in Inst. med. leg. cap. 10. q. 1. nihil ad nos.

§. VIII.

Affinia huius delicti habet POECKEL in diff. de criminis partus abacti, cap. III. §. 25. Illuc refert 1) *Infanticidium* 2) *Poculum amatorium* arg. l. 38. §. 5. D. de Poen. 3) *Poculum sterilitatis* arg. c. 5. X. de homic. Cardo rei in eo vertitur, quid sub affinibus criminis

CRIM. DELICT. CARN. VTPL. ACCESSOR.

intelligas. Si *species*: non erunt, quae modo enumerauimus, procurati abortus affinia. Quod enim ad primum attinet, *infanticidium* proprie in infante iam nato committitur, vti constabit ex §. sq. Abortio-
nis vero poculum embryonem tollit, seu hominem conceptum qui-
dem, sed nondum natum. Si tamen verborum significatum receptum
paululum immutare et quemlibet actum, quo vita infantis tollitur,
infanticidium dicere, duasque eius species constitueret velis, alteram in
infanticidio proprie sic dicto, alteram propter mortem foetus abactionem
vel antecedentem vel subsequentem, in partus abactione consistentem,
non quidem grauem me aduersarium habebis; sed sic quoque *infanticidium*
non erit abortus procurati, sed potius partus abactio *infanticidii*
species. De *poculo amatorio* non est, quod multis dicam. Non enim
primario ad abigendum foetum spectat, sed e contrario ad amorem
conciliandum datur, quamuis saepissime philtrea noxia sint atque cor-
pori humano venena *), HOEFMANNI Medic. rat. Tom. II. cap. 2. §. 10.
ideoque si eiusmodi potu aliqui nocitum sit, qui exhibet non immer-
ito graui coercendus sit poena, L. 38. §. 5. D. de Poen. Non autem
maiori iure *poculum sterilitatis* sensu quem diximus ad procurati abortus
affinia referri poterit. Quum enim abactio foetus conceptum sup-
ponat hominem, non aequo poculum sterilitatis, diuersa virtusque ratio
impedit, quo minus alterum alterius species haberi possit. Interim si
per affiniam criminis alia, que *similitudinem* referunt, intelligas, tam
infanticidium, quam poculum sterilitatis partus abacti affinia haberi
posse non nego. Quemadmodum enim poculum sterilitatis conceptionem
eius impedit, qui alias conceptus fuisse, adeoque vitam, ne accedat, praevenit; quemadmodum abortionis poculum occupat conce-
ptum, ne nascatur: ita *infanticidio* vita iam nati tollitur; adeoque
haec omnia faciunt, ne viuat, qui alias in viuis futurus erat.

§. IX.

Infanticidium latiori sensu est homicidium in infante et quidem
iam nato commissum, eoque sensu solummodo ad occisi aetatem respici-
tur: strictius si verbum sumas, est homicidium in liberos infantes
commisum. Si igitur ad ea, quae corpus delicti in quolibet homici-

B dio

* Hoc docet exemplum PETRI LOTICHII et LVCRETII, quem ferunt in
sanum atque furiosum factum fuisse, ex philtro, quod ipsi concubina eius
LUCILIA propinaverat. V. MULLERVM in histor. crit. Einleitung zu nd
Chiger Kentniß der alten Schriftsteller P. II. lib. I. cap. IV. p. 155.

dio generatim constituit, addas, auctorem caedis fuisse occisi ascendentem, seu, quod eodem redit; occisum fuisse inter caedentis liberos, habebis corpus delicti in infanticidio strictius accepto. Qui vetere Romanorum iure patribus familias illimitatam prorsus in filios filiasque familias vitae necisque potestatem competitissime contendunt, haec tenus infanticidium a patre commissum, qui filium in potestate habebat, delictis annumerare nequeunt. Horum vestigia pressit, quem supra excita uimus, GERARDVS TEYSSSEN in *diff. cit. cap. 2. pag. 16. sgg.* ex eius enim sententia truncus sit, qui audeat negare, quod patribus olim occidendi liberos nocentes, innocentes, mactandi eos ut reliquias pecudes quadrupedesue, ius fuerit atque potestas. Sic igitur priscos illos Quirites pietatis pudnit in liberos, vt, tamquam viris indignam, egerint in exilium, aut, si mitissime egerunt feminis tantum illam, vt necessarium imbecillitatis onus, reliquerint; post faecula demum adiutor, quum militare paullatim robur in mores feminineos declinare coepisset; Pompeia forte quadam de parricidiis lege, aut HADRIANI illa, cuius mentio fit in *l. 5. D. de L. Pomp. de parric.* vel seueritate, vel aequitate, reduc tam? Esi vero non ignorem decemuiralem legem: pater insignem ad desformitatem puerum toper necato, cum altera: patri in filium iustum virae necisque potestas est, quae sequuntur: scio tamen, monstruos tantum partus ita occidere permisum, non patris arbitrio, sed ex iudicio sententiaque vicinorum quinque, et corpore etiam integros, sed malos et nocentes, nec patria atrocitate solutoque legibus arbitrio, sed contumacis amicis et instituto domestico iudicio, causa cognita, lata sententia, seruato iuris ordine. Si contra factum, impune potuerunt ferre facinus, ius consequi non potuerunt. V. Ill. GEBAVIERI biga *Diff. de patria potestate.* Tandem non modo exenta est domesticis fascibus securis, *l. 3. 4. C. de pat. pot.* sed etiam culeus paratus est parentibus funesti quid molientibus in liberos; atque ex hoc tempore, paternum infanticidium criminibus accensendum esse, nemo dubitat. Ad hoc infanticidii crimen redire potest *infantis expositio l. 4. D. de agn. et al. liber.* quatenus indirecta saltim, vt pereat, intentione, insans expositus fuit. Sed quum tamien et aliae rationes subinde adhinc, quare infantes exponantur, ita: vt mors non semper sequatur, de expositione infantum separatum constitutore delictum lubet (vid. §. seq.).

Schol. Criminis ergo infanticidii haud habentur rei, qui monstrum partum necant, quoniam hoc semper licuit (modo id circumspete
etc)

CRIM. DELICT. CARN. VITPL. ACCESSORIO

Et si fiat) aut, ex querundam opinione ii, qui partum iam vicinum
morti interfecere. ENGAU. El. iur. cr. lib. x. §. 379.

§. X.

Vt caudem liberorum promiscuam plures olim patribus Romanis
permisam statuunt, ita multo magis infantes exponendi ius illis fuisse
consent, sed immerito. Non equidem nego, permultos forsitan pa-
tresfamilias exposuisse liberos, idque non raro impune fecisse. Quin
tamen id iure fecerint, vel maxime dubium. Vernulas sibi domi natos
exponere poterant; destinatus vulgo locus erat Columna lactaria. Quid
ergo patres mali, quibus finito liberorum numero, qui ultra nascen-
tabantur, ingrati erant aduenae? Fingebant, non liberos sibi natos, sed
ex ancilla vernulas; liberosque pro vernulis ad celebrem illam colu-
mnam exponi curabant, colore quaesito, ut facta infamiam a se auerte-
rent. Si iure id factum, quid opus erat colore? Sin praetextu indige-
bant, vellem, ne ius ex facto singatur. Vt sit, tandem infantum
expeditionem ad crimina relatum esse, non ambigendum. Sic igitur
Infantum expositiō est delictum, quo quis infantes animo illos de-
relinquendi in locum quandam transfert. Plures hoc delictum causas
babere potest, si intentionem directam respicimus, nempe: primo, vt
pereat; deinde vt parcatur famae ac occuratur ignominiae; tum vt ab
alii alatur; denique ex summa fieri potest necessitate et egestate. Ca-
su autem ultimo existente, si debita circumspectione fiat, nullum ha-
bendum delictum est, ac, quod inde consequitur, omni poena caret,
imo licite fieri potest, quia hoc casu certus est liberorum interitus,
nisi exphantrant, ipsoque eorum periculo ad misericordiam alii prouo-
centur. Huic criminī quodammodo conuenit liberorum venditio, olim
permissa patribus; potesta vero a DIOCLETIANO prorsus prohibita
i. e. C. de patr. qui fil. suos diffirax. tandemque rursus a CONSTAN-
TINO M. propter simiam paupertatem egestatemque viciū canfa, sed
in sanguinolentis tantummodo liberis permissa i. e. C. eod. hodie con-
tra prorsus non visitata.

SECTIO II.

De Rationibus cur et quatenus crimina hocenus definita delictis carnis vtplurimum accedant.

S Y N O P S I S.

Connexio 11. Rationes et quidem A) Generalissima 12. B) Generalkor 13. C) Specialior 14. D) Specialissimae; in specie a) raptus 15. b) lenocinii 16. c) procurat. sterilit. 17. d) abat. part. 18. e) infanticidii 19. f) exposit. infantum 20.

§. XI.

Praemissa igitur cuiuslibet delicti definitione explicitaque natura ac indeole, rationes excutienda veniunt, cur et quomodo haec criminia ad delicta carnis accedere vteummaxime soleant: sic namque nexus inter delicta carnis eorumque accessoria distinctius patebit. Si fines delicta carnis committentium consideramus, tum necessarios, tum accidentales, haud adeo difficuler laborem perficiemus.

§. XII.

Scilicet generalissima omnium ratio est, ut libidini satiasiat. Quam enim omnia carnis delicta ad eum finem tendant, consequens etiam est, peccantes media ad hunc finem esse quaesituros. Quanam vero esse possint media expeditiora, quam illa nescio, quae aut (1) viam carne delinquendi aperiunt, aut (2) effectus delicti carne perpetrati tollunt vel impediunt. Illud efficit cum crimen *raptus*, quatenus scilicet fit ad exinguendum libidinis furorem et abstrahitur ab extincione ipsa, qua accidente ad raptum nouum crimen, illicita nimurum Venus accedit (quo ipso tamen non efficitur, vt raptus in delictum carnis degeneret, per §. II. IV.); tum *lenocinium*, cum procurata sterilitate. Hoc vero faciunt cetera crima §. III. enumerata et in Classe II. constituta, sic tamen, vt procurata sterilitas huc quoque certa ratione referri possit. Scilicet effectus delictorum carnis mihi videntur, illicita procreatio sobolis, cum onere alendi et educandi, ignominia ex delicto manans et poena illud vindicans. Quod si igitur e medio tollatur vel praeueniatur procreatio sobolis, tamquam effectus principalis delicti testis, corruit quoque vtplurimum et onus alendi et educandi, cum ignominia et poena, quia alias saepissime de delicto confare nequit. Hoc vero vtplurimum intendit homo criminofus vel abortum procurando vel natum interficiendo aut vero exponendo vel etiam prorsus impediendo sobolis procreationem per procuratam sterilitatem.

§. XIII.



§. XIII.

Ratio generalior erit, ut liberius peccetur i. e. sine incommo-
di metu, quod vero fieri posse credunt vel obtegendo ignominiam, vel
onus educandi amoliendo, vel euitando poenam singulis delictis carnis
irrogari solitam. Nam, si contemplerim singula haec tenus descripta
delicta, et ea inter se conferamus, non difficile erit intellectu, ea
omnia, *Classe prima* excepta, id intendere, vt de partu, qui testimonium
est concubitus, non constet; partu enim extra matrimonium extante
de delicto carnis non amplius dubitatur. Extante autem delicto, igno-
minia persequitur delinquentem, et index delictum vindicat. Ex his
igitur intelligi non nequit, quomodo tunc *liberius* peccetur, scilicet sine poe-
nae, sine oneris metu. Ratio ex antecedentibus in promptu est: singamus enim,
nullum in rep. esse actum, qui ignominiam post se trahat atque poenam;
quid quaeso inde existeret? Nonne peccandi licentia? Nam spes impu-
nitatis nutrire solet pestilentiam in subditis *Clem. 1. de celebr. miss.* At-
qui vero horum delictorum rei, sibi persuasum habent, hoc modo de-
linquendi eos tam ignominiam, quam poenam delicta carnis sequentem
cum omni onere euitare posse; Ergo etiam delictis carnis quasi fre-
naxata reputantes, ad vterius ea committenda incitantur, et *liberius*
tunc peccare posse credunt. Specialia, quae afferri possunt, sequentur
infra.

§. XIV.

Sed et *specialior* excutienda est ratio. Scilicet et desperatio in
causa esse potest, vt quaedam, quae in antecedentibus adducta sunt cri-
mina accendant carnis delictis. Quis enim non nouit, conscientiam sibi
delicti conciam intensissimis non raro affici cruciatis, quibus de salu-
te sua tum in hac vita, tum ratione habita futuri saeculi, maxime du-
bitet, vnde confluentibus praesertim aliis circumstantiis, quum poenae
atrocitas ob oculos versatur, quum ignominiam reatus pedissequam
cogitant, quum molestissimae paupertatis onore premuntur, desperatio-
nen saepissime oriri constat. Desperatione vero, quippe effectu et
ingratissimo, et vehementissimo, homines ad inhumana queuis impelli
posse certum est, adeo, vt impatientia doloris in furorem verba finem
molestiarum, et vitae etiam, caede aliorum, et insantum quoque, tum
natorum, tum nasciturorum, querant.

§. XV.

Ad *specialissimas* demum transgrediens, contemplor *primo* criminis raptus rationem. Finis raptoris, quam semper eo redeat, ut cum persona rapta Venerem exercere possit (§. IV.); id vero diuerso modo fieri queat: finis raptorum in specie diuersus esse potest; adeoque et nexus cum delictis carnis. Primo etenim raptus matrimonii causa fieri potest: quod quoniam ad carnis delicta neutquam pertinet, hoc casu nec raptus est crimen delictis carnis accessorum. Deinde et pueri raptu abduci possunt, et hoc quidem casu raptus coniungitur cum Sodoma sexus tamquam futuro crimen, tum quoque si femina rapitur, illa aut nupta est, aut innupta. Si nupta, raptum cum adulterio in nexu esse constat. Sin contra innupta, aut honesta est, aut meretrix. Sit igitur honesta; tunc eius abductione raptor ad stuprum sibi viam parat, aut simplex, aut violentum. Sit meretrix; tunc eius deductio de loco in locum coniungitur cum fornicatione: sed tamen ad raptum non pertinet (§. IV.), quamvis affine delictum sit, in vim priuatam incidens.

§. XVI.

Lenocinium, quod attinet, caendum est ante omnia, ne finis lenocinii confundatur cum fine delicti carnis, quod illi committunt, quibus leno infamem operam praefstat. Licet enim haud difficulter largiamur, extinctionem libidinis esse utriusque communem finem, is tamen a lenone non principaliter intenditur, vt sit ex parte eius, qui carnis delictum committit. Potius, quem leno principalem habet, finis in eo consistit, vt ex prostitutione personarum aliarum infame lucrum quaerat (§. V.). Ita ergo leno, vt de nefanda Venere fileam, libidini aliorum occurrit eique exponit aut feminam coniugatam, aut solutam: adeoque lenocinium vel cum adulterio, vel cum stupro tam simplici, quam violento vel etiam cum fornicatione in nexu esse potest, et leno ad delictum carnis, ab altero perpetratum concurrit vt socius.

§. XVII.

Causae procuratae sterilitatis non semper eadem sunt, si finem ultimum species; si proximum, semper eadem, ne scilicet fiboles nascatur. Si illud delictum coniuges in se committunt, vel committi patientur, vt sit improle coniugium et infuscundus concubitus, in causa esse potest, non modo vt oneri liberorum alendorum fese subducant, aut, si iam antea liberi procreati sunt, ne horum alimentis, educationi, aut futurae, quam a parentibus sperare possunt, haereditati, aucto liberorum

rum

rum numero aliquid decadat, sed etiam odium erga maritum *e. 5. X.*
de homin. vel vxorem. Sic vero, quemcumque finem ponas, procuratio sterilitatis tamen cum delicto carnis non connectitur, licet ipsa delictum sit. Sin contra persona soluta se sterilem reddit, vel reddit patitur, praeter fines, propter quos Eunuchos facere solent, qui que huic proprie non pertinent, praecipue hac ille referendum est, ut onus liberorum et alendorum et educandorum a fe amoliantur, tamquam incommodum ex procreatione sobolis alias metuendum, corpusque conseruent aptum ad actus libidinosos. Ex quibus facile colligere possumus; quod hoc delictum potissimum accedere soleat fornicationi, idque ex hac ratione, quia fornicatio exercetur potissimum ad lucrandam pecuniam quamvis turpissimam; huius vero fornicationis exercitio nihil obflaret efficacius, quam si ex vago coitu conciperet femina. Huic igitur conceptioni obuiam studet ire. Quonam quaeſo medio? Illo, quo generationi aut conceptioni impedimenta fruuntur i. e. per procuratam sterilitatem.

Schol. Haec tamen omnia non ita intelligenda sunt, quasi non aliud carnis delicto similiter possit accedere sterilitatis procuratio; quin potius, ut stuprum, ut adulterium testius et fine incommodis committi possit, ad haec quoque delicta corpus preparare potest. Nefanda autem Veneri accedere non potest.

§. XVIII.

Causæ, cur partus abigatur, cum causis procuratae sterilitatis fere conueniunt. Si vxor hoc crimen in se committit, vel patitur committi, id 1) ideo fieri potest, ut maritus liberis fraudetur *I. 4. D. de extr. crim.* si 2) mulier post diuortium, ne inimico marito procrearet filium, fin 3) vidua, fauore heredum aliorum, *I. 39. D. de poen.* His 4) *PORECKEL* in *diff. de crim. part. abatti cap. 2. §. 34.* hunc casum addit, ut mater saluetur, si nempe non possit feruari, nisi partus abigeretur. Sunt aliae praeteres rationes, vt 5) lucrum captandum, quo sine hoc delictum plerumque fornicationi accedit, hodie *) in delictis carnis habitæ; 6) ut liberatio a morbo gallico contingat, *ENGAV. El. iur. cr. I. I. §. 397.* Imo 7) et adulterio accedere potest, ne maritus concubitus

OTTO

tus

*) Videlicet de iure Rom. fornicatio semper extra *L. Iul.* de delictis carnis disponentem fuit, *I. 13. §. 2. D. ad L. Iul. de adult. I. 22. C. eod.* et generaliter ea in re plerumque laxa admodum disciplina fuit. *HEINECCIUS* *Actiq. Rom. lib. IV. T. 18. §. 55. s. 4.*

tus vxoris cum extraneo gnarus fiat. Plura, quae addi et partim ex §. praec. colligi possunt, adiungere nolo, quum vel sic fatis appareat nexus, quo partus abactio cum carnis delictis cohaeret.

§. XIX.

Infanticidium viplurimum ad stuprum accedere, testis est experientia; id tamen non impedit, quo minus et fornicationi et adulterio accedere possit. Ex his enim delictis soboles procreari potest, et vt infamiam ex turpi vita, vt poenam, vt educationis onus parentes illegitimorum amoliantur, in caudem liberorum prorumpunt. Rarum vero est, vt infanticidium a parentibus legitimis perpetretur, quo casu, si necessarium est, veluti in parte difficulter interdum contingit, ne quidem puniri potest ob causam a TERTULLIANO lib. 1. ad Nation. c. 15. proposita: *Atque in ipso adhuc vtero infans trucidatur, necessaria crudelitate, cum in exitu obliquatus, denegat partum; matricida, ni moriturus,*

§. XX.

Expositio infantum, et si a parentibus legitimis non prorsus aliena sit, plerumque tamen accedere solet stupro et fornicationi, et fines plerumque cum finibus infanticidii (§. XIX.), conueniunt. Vnde fit, vt expositiorum maxima quotannis copia in Gallia habeatur *), ubi, vt verbis IVVENALIS vtar,

- - - *Rara est concordia formae
Atque pudicitiae* - - -

Peculiaris adhuc huius criminis ratio est, quum seminae infantes aedes stupratoris exponunt, vt nempe partum pro suo agnoscat eumque alat atque apud se educet, HENNE de expost. infant. p. 25. Accedere etiam ad adulterium, vti ex aliis, ita et ex ea causa potest, ne scilicet ex adultera natus paternam substantiam possideat, ideoque marito per vxoris adulterium ansa datur ad prolem exponendam.

SECTIO

* Obseruauit in nouellis publicis, Parisis quotannis numerum altellorum millefimū fere tertium semper exceſſisse. Sic metis corundem anno 1752, fuit 3738, n. 1758, 4969. a. 1759, 5932.

SECTIO III.

De Poenis eviminum delictorum carnis utplurimum accessiorum.

SYNOPSIS.

Connexio, 21. Poenae in specie: A) *Raptus*, cuius poenae (ut sequuntur) considerantur: a) de iure Rom. 22. b) secundum ius can. 23. c) de iure Carolino seu criminali hodierno 24. *Variae affectiones poenarum recentiarum* 25. B) *Lenocinii*, a) de iur. Rom. 26. b) sec. ius can. 27. c) de *Const. Crim. Carol.* 28. *Var. affec. poenar. recent.* 29. C) *Abaht. partus* a) de iur. R. 30. b) de iur. can. 31. c) de CCC. 32. *Var. affec. poen.* 33. D) *Infausticidii* a) de iur. R. 34. b) iure can. 35. c) iur. Carol. 36. *Var. affec. poen.* 37. E) *Expositionis infant.* a) iur. R. 38. b) iur. can. 39. c) iur. Carol. 40. *Var. aff. poen.* 41. F) *Procuratae sterilitatis* a) de iur. R. 42. b) iur can. 43. c) de CCC. 44. *Var. affec. poen.* 45.

§. XXI.

Ad poenas transgredior, in quibus enumerandis ad iura in Germania communia potissimum respexi. Licet enim CC. Bambergensis et Brandenburgicae placita nonnumquam attulerim, vnicuique tamen facile patebit, id ideo factum esse, ut eo melius de vero intellectu CC. Carolinae constet, cui quippe eruendo praeditae Constitutiones admidum inferuunt. Praeterea in singulis delictis aut poena tantum determinatur delicto per se spectato conueniens, aut ea quoque, quae obtinet sub certis circumstantiis in singulis casibus. Illud pro institutione praeferabo, hoc vero, quod attinet, mitigantia quidem nonnumquam cum exasperantibus adducam, sed *specialia* tantum, non *generalia*, ni specialis ratio occursens exceptionem fuerit.

§. XXII.

De Iure Rom. coercetur *raptor* I. *Publica vindicta*. Haec consistit in ultimo supplicio l. 5. §. 2. D. ad L. *Iul. de vi publ. et priu. maxime* quum nec ab homicidii crimen huiusmodi raptore vacui habeantur*)

C

*) Rationem hanc credo, quod, quum *raptus libidinis* gratia fiat, fama feminae in maximo versetur periculo, quae tamen cum vita pari passu ambolare dicitur.

CAP. II. SECT. III. DE POENIS CRIM.

I. vn. pr. C. de rapt. virg. quae poena multo magis contra eos obtinet, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere, quia duplice tenentur crimine tam adulterii, quam rapinae **) *I. vn. c. all.* In ingenuam personam tale facinus perpetratum non supradicta poena solum vindicatur, sed adhuc bonorum amissione coërectur, quam non incurunt raptore solum, sed etiam, qui illis auxilio fuerunt in ipsa inuasione aut rapina, ceteris ministris aut celatoribus tantummodo capitaliter plectendis *I. cit. §. 1. 2. I. 54. C. de episc. et cler.*

II. Priuata vindicta, quam cum violenta defensione confundi nollem. Hanc esse permittant tam personae, quam alter rapere conatur, quam his, qui ei veniunt auxilio, et quorum sub potestate est, equidem non ambigo, quum ius defensionis connatum infinitum sit, et etiam in media ciuitate, vel per momentum cestantibus iudiciis, reuiniscat, ad internectionem aggressoris extendendum, si aliter quae imminent laesio nequeat arceri *GRÖTIVS de I. 'B. et P. Lib. II. c. 1. §. 10.* Nec illam minus esse licitam non modo parentibus, consanguineis, tutoribus vel curatoribus, patronis etiam et dominis, ex *I. vn. pr. C. cit.* perspicitur. Ne tamen priuata vindicta cum defensione violenta confundatur, id efficit, quod 1) inter personas, quibus in *I. cit.* priuata in raptorem vindicta permititur, ipsa *rappa* non numeratur, cui tamen vel maxime violenta defensio permitta; 2) quod illa priuata vindicta ad certas personas refringitur, quum ius violentae defensionis competit omnibus, qui laesis afflistere volunt; 3) quod illa vindicta concedatur in raptore non omnes, sed *conuictos* *I. cit.* Conuictos; an in iudicio? Non puto; sic enim secundum legem non *in flagranti* possent interfici. Ergo, in deprehensionis praefentibus testibus remque spectantibus, vt publico quasi iudicio condemnati censeantur. Sed violenta defensio non indiget testibus, nec precedente sententia. 4) Quod illa vindicta secundum analogiam interpretari debet. At vindictae in adulterii casu permisae finis profecto non ille est, vt imminentem laesio nem repellas, quod in defensione sit, sed vt iustae ex iniuria illata ira indulgeatur aliquid, *I. 23. §. 2. fqq. D. ad L. Iul. de adult.*

§. XXIII.

**) Quibus etiam *I. all.* consumerat eum, qui sponsam suam per vim rapuerit. At vero si illud suam iudices suspectam lectionem, cam in rem non contennendas rationes suppeditabit b. *NOCHMÉR in I. E. P. Tom. V. lib. V. Tit. XVII. §. 139.*

§. XXIII.

De Iure Canonico, si poenam ecclesiasticam spectes, quae tam ad nostrum institutum haud adeo pertinet, in laicos excommunicatio, in clericos depositio constituta c. 2. C. 36. q. 2. quae depositio in illis etiam clericis obtinet, qui manifestos se socios raptoribus prodiderint, c. 4. X. de purg. can. Quod vero poenam criminalem spectat, GRATIANI saltim aevo quam saeculares leges constituerant poenam mortis, tunc quoque si raptus matrimonii caufa commissus, nondum Ecclesia reprobaverat, sed si raptor ad ecclesiam cum raptis confugeret, priuilegio ecclesiae mortis immunitas concedebatur, ut lique ex dictis GRATIANI ad c. 2. 3. C. 36. q. 1. Nec ALEXANDRI III. aevo ea in re fuisse quicquam immutatum colligitur ex c. 4. X. de raptor. Quum enim WILHELMVS, Sicilia rex, Archiepiscopo Panormensi aliquis Episcopis animaduertionem in raptore commisisset, ad consultationem Archiepiscopi Pontifex negat quidem, praedictum Archiepiscopum (sine dubio ne irregularitatis vitium contraheret) poenam mortis vel detrunctionis membrorum immittere debere; sed tantum tamen abeat, ut talis vindictam prohibeat, vt potius eam regiae potestati reseruandam esse censeat. An tandem LVCIVS III. et INNOCENTIVS III. hanc poenam c. 6. et 7. X. de raptor. c. 24. X. de praebind. plane fustulerint, caufa, quo raptis matrimonii causa consenserit in nuptias, non prorsus est indubium; nec profrus improbabile est, casus utriusque propositos eos fuisse, vbi, secundum ea, quae antea dicta sunt, raptor vel priuilegio ecclesiae, ad quam forte confugerat, vel alia ratione, iam mortis poenam euaserat.

§. XXIV.

CCC. in art. 118. permittit marito, si vxor, et patri, si filia raptis, criminaliter agere, quantumuis raptae in raptum consenserint. Poenam iur. Rom. vero ratione raptoris confirmat verbis: der Thäter nach Sahung unser Vorfahren und unser Kaiserlichen Rechten darum gestraft, und verhälten bey den Rechtsverständigen Raths gebraucht werden. Sic igitur etiam in raptu matrimonii causa gladio in raptorem animaduertendum, per l. vn. C. de raptu virg. a quo alienus esse creditur Pontifex in c. 6. et 7. X. de raptor. Quem KRES SIVS ad CCC. art. 118. §. 7. forum occupasse testatur, vt tunc demum ultimo supplicio locus sit, si raptis raptori nuptias ambienti com-

sentire nolit, nec ante raptum nec post raptum. Cum quo de facto quidem contendere nolim; ius autem quod spectat, de eo quaeri potest. Cur enim CCC. art. 118. Pontificis placitis postponi debeat, non adest ratio idonea, ac verba: unangeschen, ob die Ehefrau, oder Jungfrau ihren Willen dazu giebt, eo certius raptum etiam matrimonii causa commissum gladio puniendum esse docent, quem eam poenam expresse determinauerit, quem alias Carolinae compilatores preesse fecuti sunt, v.l.R. TENGELER im Leyenspiegel Part. III. fol. 102. ibi: so mag der Thäter auff des eischen mans oder Watters verklagen, mit dem schwert zum tod gericht; idque nec minus factum sit tam in C. C. Bambergensis art. 143. ibi: Und der Thäter soll mit dem schwert vom leben zum Todt gestrafft werden, quam etiam in C. C. Brandenburgica art. 145. Praeterea si cogitamus, Pontifices, de poena raptus criminali parum sollicitos, hanc regiae potestati reliquiſſe (§. XXIII.), tanto minus dubii supereſſe videtur.

§. XXV.

Poenam ordinariam mitigandam esse censem 1) in eo, qui sponsam aut virginem rapiuit, quacum matrimonium postea celebravit, modo nuptias legitime contrahere posuit c. pen. et ult. X. de raptor. de quo tamen cf. §. 23. sq. 2) Qui in feminam solitam, iam publice male audientem, raptum commisit, ob circumstantiam, ad quam Legislator in poena faniſcenda respexit in verbis CCC. adductis: unverleumbde Jungfrau, valde imminutam; vel 3) per errorem meretricem habuit, quae talis non est, ob dolum imminutum; 4) qui dissensum raptae, vel patris, simulatum creditit, et potius eorum consensum praefumisit, propter §. 4. num 2.; 5) qui raptam non tantum non violauit, et si potuerit, sed etiam sponte in libertatem restituit, sic enim ex poenitentia spes oritur emendationis; 6) qui feminam legitime sibi despōnatam, vel cum qua sponsaliorum tractatus proxime ad finem peruenierunt, matrimonii causa abducit, vel 7) qui feminam sui iuris solis blanditiis et perfusionibus dolosus ad fugam secum capessendam inducit, hac enim ratione vis valde imminuitur, vid. KRESS. ad CCC. art 118. §. 9. not. 2.; 8) si femina ipsa masculum ad raptum induxit KRESS. l. c. not. 4. Evidem b. BOEHMERVS in I. E.P. Tom. V. Lib. V. Tit. XVII. §. 143. dissensum testatur ab illis, qui illum, qui sponte consentientem et vltro sollicitantem abducit, poenae huiusmodi criminis excimere volunt; ea praecipue ratione motus, quod ita in sui iuris feminam prorsus non

com-

DELICT. CARN. VTPL. ACCESSOR.

committatur raptus (§. 4.), feminae *alieni iuris* consensus nullus fit. Sed et si, qui feminam alieni iuris vltro ad raptum sollicitantem rapit, totaliter a poena liberari posse non censem; sollicitatio tamen imputationem minuit *l. i. §. 3. D. de servo corr.* adeoque et poenam, non aequa nudus consensus.

Quum vero nonnumquam eveniat, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur *l. 16. §. 10. D. de poen.* paucis adhuc videndum est, quandonam exasperanda sit poena ordinaria. Hoc, nisi fallor, tunc fieri conuenit, si 1) vis, qua raptus commissus, ea est, quae gradum, quem Legislator in *l. viii. C. de raptu virg.* ob oculos habuit, insigniter superat, veluti, si magna vis auxiliatorum, si arma adhibita et aedes probe clauiae munitaeque effraetae, expugnatae, personae vel principales, vel quae his auxilio forte fuerunt, vulneratae, occise, itaque debellatis, qui restiterunt, raptus perfectus est; 2) si persona raptis modo honesta est, sed et praeterea in magna dignitate constituta, raptor contra aut vilis persona, aut saltim exiguae dignitatis, e. g. si nobilis ordinis inferioris, vel etiam ciuicae conditionis homo, feminam ex principum ordine rapere auderet. Vtique enim casu circumstantia, ad quam leges in poena sancienda praecipue respicerunt, periculum videlicet pudicitiae, cum dolo et imputatione facti, insigniter auctae, ut casum in lege suppositum multum atrocitate superent. Quibus hunc quoque casum addendum puto: 3) si eiusmodi rapta persona fit, quacum matrimonium sine incestus criminе non possit contrahi. An vero in raptum vxoris alienae grauiori poena animaduertendum sit, non obstantibus *l. viii. pr. C. de raptu virg.* verbis: *Quae multo magis rel.* est ad modum dubium, quum huius casus lex excitata exprefsam mentionem fecerit, nec tamen poenae discrimen constituerit.

§. XXVI.

Lenocinium olim nulla poena afficiebatur **HEINECC.** *Antiq. Rom.* Lib. IV. Tit. XVIII. §. 53., nisi quod infamia facti lenones persequetur; ob fordidam tamen professionem, postea infamia iuris notati sunt per *l. i. 4. §. 2. D. de his qui not. infam.* omnes ii, qui lenocinium aut principaliter aut accessorie exercebant. Et quamvis deinde **CONSTANTIVS** Imp. *l. i. C. Th. de lenonibus* in Gentiles lenones mulieres Christianas profituentes constitutionem emitteret, poenam tamen in eos non constituit, vt potius eo adhuc temporē lupanaria tolerata fuerint. **TAC. GÖTHO-FREDVS** in *Comm. in Cod. Theodos.* ad *L. cit.* Suadente autem **FLO-**

FENTIO PP. viterius progressi THEODOSIVS II. et VALENTINIA
NVS III. tulerunt legem, qua, non tantum aedem patribus dominisue filias
vel ancillas profluentibus potestate, has, vna cum conductis femini s,
ex manibus lenonum implorato Episcoporum Iudicium auxilio eripien-
das esse censuerunt, sed etiam voluerunt, vt hi, qui *in uitis* necessitatem pec-
candi ingererent, proscripti, poenae manciparentur exilio, metallis ad-
dicendi publicis l. 2. C. Theod. de lenon. l. 6. C. de specl. et scen. et lenon.
l. 12. C. de episc. and. Nec ita tamen lupanaria omnino sublata, quin
potius ob lustralem, vt videtur, praestationem adhuc quodammodo tol-
erata, donec idem, cuius mentionem fecimus, FLORENTIVS P. P.
propriam possessionem offerret aerario in turpissimi vestigialis compensa-
tionem, eoque efficeret, vt eius munificentiam amplexi Impp. THEO-
DOSIVS II. et VALENTINIANVS III. omnia lupanaria prohibue-
rint, et lenones grauiissime verberatos finibus urbis expellendos esse
fancierint. *Nou. Theodosii* 18. Sed tandem IVSTINIANVS in *Nou.*
14. non tantum omne omnino lenocinium et in ciuitate et in prouinciis
prohibuit, sed voluit etiam, vt omnes lenones lenaeque a spectabilibus
Praetoribus comprehensi, omnia nouissima supplicia sustinerent, gladio-
que punirent; qui vero patienter in sua domo lenonem vel huius-
modi praepositum operationis habere, neque illum scientes expulerint,
decem libarum auri poenam sustinerent et circa ipsam periclitarentur
habitationem.

§. XXVII.

Non mitius cum lenonibus in Iure Canonico actum. In cap. vii.
de lenonibus in 7. enim constituit PAVLLVS IV. vt hi, qui masculos,
vel pueras inuitas profituntur, vltimo suppicio afficiantur; qui vero
corrupto comite puerum, vel pueram abs se seductam, profituntur,
perfecto quidem flagitio capitali quoque poena plectantur, eo autem
imperfecto perpetuo deportentur in insulam: in caeteris vero casibus
lenones et lenae huiusmodi fustibus per urbem publice caesi ab urbe
perpetuo exilare cogantur. Praeterea voluit, vt domus eius, qui sciens
lenocinium ibi agi patitur, confisetur, et insuper poena mille scuto-
rum ab eo inferatur, in pios vsus conuertenda.

§. XXVIII.

Ius Carolinum art. 122. quoad lenocinium qualificatum simplici-
ter Iuris Rom. dispositionem confirmat, quod vero ad simplex attinet

variis

variis id coereri modis iubet art. 123. et verbis sollem nach Gelegenheit der Verhandlung und Rath der Rechtsverstandigen . . . oder anderm gestraft werden, res fere redigitur ad iudicis arbitrium. Ceterum pro delicti circumstantiis cit. art. statuta poena est aut relegatio, aut expositio ad collarium (Stellung in Pranger) aut aurium amputatio aut denique fustigatio. Conf. CARPOV in Pract. Crim. P. II. Quæst. LXXI. num. 7. sgg. 57. sgg. KRESS ad CCC. art. 122. §. 2. art. 123. §. 1. In hos quoque, qui domi suae lenocinium agi patiantur similis poena constituta.

Schol. Quod pertinet ad qualificatum lenocinium ratione poenae discedit a Carolina et C. C. Bambergensis art. 147. ibi: der ist ehrlos, und soll mit rutten ausgehauen, vnd des landts verwiesen werden; et Brandenburgica art. 149. hæc tenus cum Bambergensi conueniens; et supra excitatus auctor des Lenenspiegels Part. III. fol. 102. ibi: vnd eyn solcher leno ist ehrloß, vnd sol am leib gestrafft werden.

§. XXIX.

Si seductionem nullus omnino actus libidinosus sequitur, non quidem poena ordinaria lenocinii obtinet, sed mitior; ad propria tamen mitigantia haec circumstantia propterea non poterit referri, quod lenocinium tunc attentatum tantum, non consummatum sit (§. 5. n. 3.). Nec magis ad mitigantia illud referri potest, si carnis delictum ad consummationem non peruenit, cum illud attentatum esse ad consummationem lenocinii sufficiat (§. cit.), per verba C.C. art. 122. sq. zu unehrlischen, unfeuchten, zu sündlichen, fleischlichen Werken ic. Rectius huc referas casum 1) si quis pro lucro quidem sermones profert, quibus femina, vt alii stuprandam sepe praebat, induci potest, vt tamen ex indole ingenii muliebris aliisque circumstantiis coniiciat, conatus stupratoris fore frustraneos; tunc enim, et si stuprator voti compos fiat, dolus lenonis minuitur. 2) Si quis postquam feminæ stuprum cum alio persuasisset, eo nondum perpetrato illud diffundet; nam et si deinde stuprum sequatur, minus tamen ad illud leno contulit, minusque id ei imputatur. 3) Si lenocinium simplex supponas, et meretricem profitutam, ad mitigantia id pertinet, quum CCC. art. 123. verbis: die sonst unverleumde ehrliche Personen sind, ad honestatem personæ prostitutæ respiciat. His casibus addo 4) si quis in simplici lenocinio probabili errore pro meretricie habet, quæ talis non est; sic enim dolus minuitur. Ad exasperantia contra referri potest, 1) si leno non verba, non persuasions

tan-

tantum, sed vim quoque adhibeat, ad inuitam et resistentem prostituer-
dam; 2) si personam, quam prostituit, ad atrocem admodum delictum ex-
hibet, e. g. ad nefandam Venerem: sic enim circumstantiae, ad quas
in poena fancienda leges respexerunt, insinuauerunt, aggrauantur; 3) si sin-
gularis nexus intercedit lenonem inter et personam prostitutam, unde
specialis illius obligatio oritur ad huius pudicitiam tuendam, veluti a
leno frater, filius, tutor prostitute.

§. XXX.

Romanum Ius olim non adeo attendisse *abortionem partus* Dd.
vulgo afferunt; iurene an iniuria sic sentiant, aliorum esto iudicium.
Confer. §. 7. Postea vero hoc delictum Romanos vindicasse constat,
sed cum distinctione. Si mulier ipsa viceribus vim intulerat accepta pecunia,
rei capitalis damnabatur, L. 39. D. de poenis: si non accepta
pecunia, temporali relegatione coerciebatur l. 38. D. ad L. Corn. de Si-
car. l. 4. D. de extr. crim, l. 39. D. de poen. Si alius mulieri abortio-
nis poculum propinauerat, eoque mulier aucto homo periret, summo sup-
plicio adsciebatur; si mulier vel homo non periret, humiliores in
metallum, honestiores in insulam amissam parte bonorum relegabantur.
De aliis casibus in iure Rom. nihil expressum. Ex dictis tamen haud
improbabile videtur, *abortionem partus*, de cuius vita constat, eiusque
de cuius vita nondum constat, non proorsus eandem habuisse poenam.
Caeterum ius Rom. inter partum dolo vel culpa abactum, quoad poe-
nam non distinguere, afferuit PORECKEL in diff. all. cap. 3. §. 72. pro-
uocans ad l. 38. §. 5. D. de poen. vbi dicitur: qui abortionis aut aucto-
torium poculum dant et si dolo non faciant: tamen quia mali ex-
empli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa
parte bonorum relegantur; quod si eo mulier aucto homo periret, summo
supplicio afficiuntur; in quod tamen fusius inquirere non vacat.

§. XXXI.

In Iur. Can. etiam in c. 7. 8. 9. C. 32. q. 2. fundetur disserimen-
ter partum animatum et inanimatum, isque, qui partum iam forma-
tum abegit, homicida iudicetur, nullus tamen expressus textus abacti
foetus poenam determinans occurrit, praeter c. 20. X. de homic. vbi
cum clericus, mulieri partum culposo, vt videatur, abegisset, INNOCEN-
TIVS III. rogatus, vt misericorditer eum homine ageret, respondit:
Nos vero - - respondemus, quod, si nondum erat viuiscatus con-

ceptus

ceptus, ministrare poterit: alioquin debet ab altaris officio abstinere. Adeoque de irregularitate tantum contracta, non autem de poena quicquam disponitur. Quum tamen per primo allegatos textus, nec minus etiam per rubr. c. 20. X. cit. appareat, homicidam haberi, qui viuum abegerat partum: nec poena homicidii principiis Iuris Canonici aduersabitur.

§. XXXII.

CCC. art. 133. quoad poenam abacti partus distinguit. Si viuus fuit partus vel mulier ipsa partum abegit, vel aliis. Priori casu, si mater dolose egit, ob parricidium perpetratum poena est culeus. Posteriori casu aut pater vxori abortionis poculum dolose propinavit, alias ex ascendentibus, et, propter paritatem rationis, ordinaria eum parricidii poena manebit; aut vero extraneus, et masculus dolose agens gladio, vt homicida, femina, vt vulgo credunt, culeo punietur. Si tamen extraneae feminae quis gladii poenam distauerit, fortasse non sine ratione ad verba Carolinae: oder sonst zum Tod, prouocabit, quum culei poena matri accommodata satis, feminae extraneae, vt pote tam grauiter non delinquenti, non sine iniuitate quadam inferreretur, praeter ea quoque verosimilitudine non careat, ob duplicitatem casus, quam Legislator constituit, duplum etiam poenam adiectam; vnde, quum culeus hand dubie feminam sibimet ipse abortum procurantem spectet, verba oder sonst zum Tod ad feminam extraneam hand immerito retuleris. Si tandem partus nondum animatus abigitur, poena relinquitur arbitrio iudicantium.

§. XXXIII.

Mitiganda poena videtur 1) in iis, qui quidem expulere foetum, sed praeter spem viuum et vitalem; quandoquidem CCC. art. 133. in poena ordinaria fancienda ad caudem infantis fecutam ex abactione respexit verbis praesertim: als ein Todeschläger; 2) in iis, qui quidem partum abegerunt, sic tamen vt postea signa apparent, quod partus iam ante medicamentum epotum examinatus fuerit, sponte mox egressurus; 3) in iis, qui vim medicamenti non satis intellexerunt, nec eo fine dederunt vel sumserunt, vt partus abigeretur; sic enim dolus cessat, quem tamen CCC. art. cit. supposuit verbis: so solch Uebel fürsässlicher unm bohastiger Weiß beschicht; 4) qui per incuriam aut lasciviam vim feminae fecerunt, vel in rixae etiam ardore, quum hac ratione aut pror-

fus dolus desit, aut multum minuatur, nec nisi intentio indirecta abigendi adesse poscit. Exasperanda vero erit, vbi interueniente mercede crimen abortus commissum, aut cum morte grauidae fuerit coniunctum ENGAV. in Iur. Crim. §. 398.

§. XXXIV.

Quae fuerit vetus infanticidii apud Romanos poena paucis dicam; nec enim aliquot sufficerent plagulae, si rem pro dignitate tractare vellem. In lega Cornelii de fiscariis non de fiscariis tantum, sed etiam de parricidio actum, WAGNER in diff. de supplicio parricidarum §. 5. poenamque SVLLA constituerat, quam L. Pompeia de parricidiis retinuit. l. i. D. de L. Pompeia de parric. Atque secundum hanc leges, si infanticidium a matre commissum, non poena cului obtinebat, sed gladii, per l. 9. §. 1. D. cit. ibi: qui alias personas occiderint, praeter matrem et patrem, et auum et auiam, quos more maiorum puniri supra diximus, capitio poena plebentur, aut ultimo supplicio mastantur. Eadem quoque poena puniendum esse auum, qui nepotem occiderit, MARCIANVS testatur in l. i. D. cit. An illud tantum de suo materno, an vero de paterno similiiter intelligendum sit, paucissimi dixerunt. Sed ictus non distinguit. De infanticio a patre commiso in dictis legibus nihil continebatur; unde patrem, ob vitae necisque ius, impune occidisse liberos, nonnulli opinantur. WAGNER diff. cit. §. 7. DE MEESTER in diff. ad l. 9. D. ad L. Pomp. de parricid. §. 17. Sed ita non soluitur nodus. Iam supra (§. 9.) enim dictum est, patres hoc vitae necisque ius non vti libitum exerceret potuisse, sed tantum iuris ordine seruato. Quid ergo, si, non patrio hoc iure, sed latronum more, occiderant liberos, si liberos emancipatos, in quos soluta patria potestas, si naturales? Credidimus hos gladio puniendos fuisse, arg. l. 9. §. 1. D. ad L. Pomp. de parricidis, vt auus, etiam paternus, l. i. D. cit. eadem ceteroquin vita necisque potestate instrutus, qua pater; vt mater l. i. D. cit. qua pater quad liberos emancipatos et naturales, et quad suos etiam, si potestatis limites excesserit, non potior iure. Nec obflat l. 5. D. cit. vbi dicitur, quod HADRIANVS patrem, qui filium interfecrat in venatione, in insulam deportari curauerit. Quod enim filius nouercam adulterauerat, id erat mitigationis causa. Nouissime IVSTINIANVS omne de ea re fuitul dubium, postquam iure Codicis culeum indistincte parricidis, tam feminis, quam masculis, tam matri, quam patri paravit l. vn. C. de his qui par. vel liber. occid.

§. XXXV.

§. XXXV.

In Iure Canonico de poena infanticidii criminali nihil occurrit. Quae maxime hoc pertinere noscuntur c. 1. et 2. X. de his qui filios occider. de eiusmodi casibus agunt, vbi ciuilis potestas criminalem poenam, exilium nempe, iam inflixerat. Hanc, quoniam in priori casu collata fuerat in Pontificis arbitrium, ob singulares circumstantias idem remittit; in altero vero casu ob filios domi relictos matrem infanticidam a poena exilii dispensandam esse censet. Sed ea omnia praesenti nostro instituto parum inserviunt.

§. XXXVI.

Quem supra iam aliquoties excitauiimus vetus auctor des Leyenspiels vbi fol. 103. de variis homicidii speciebus agit, et nominatim etiam de infanticidio, singularum poenas non putat una regula comprehendendi posse, eiusque tententiae hanc rationem reddit: wann es werden neben den geschrieben rechtem in solchen vnd andern sachen, mancherley gewohnheitlyken, die etwo lôßlich, vnd eyns teyls wol zu verwerfen waren, gebraucht. Id huius Auctoris monitum, quisquis fuerit Carolinae Constitutionis Compilator in usus suos convertisse videtur. Nec enim in CCC. art. 131. praecepit, vt feminae infanticidii reae vi-vae sepe lirerent et palo transfigerentur, sed tantum enunciatue, hunc morem seruari, dixit: die werden gewöhnlich lebendig begraben, und gepfälter. Eadem vero hanc poenam pro regula displicuisse, ostendunt sequentia verba: wo aber solches Uebel oft geschehe, wollen wir die gemelde Gewohnheit des Vergraben und Psälen auch zulassen. Si enim haec poena permittitur tantum, et quidem supposita circumstantia singulari admodum agrauante, non dubium est, quin posito casu ordinario et infanticidio per se spectato, non permittatur, sed potius reprobetur. Ita ergo secundum verba CCC. art. 131.: Aber darinnen Verzweiflung zu verhüten, mögen dieselbigen Uebelshätern ertränkt werden, in infanticidio a matre commisso obtinet poena suffocationis in aqua, suppositis his requisitis, si sc. 1) infans perfectus siue vitalis fuit, ob verba: oder Gliedmaß empfangen haben; 2) si factum ex intentione directa commissum, tum ob verba: heimlicher, boshaftiger, williger Weiß, tum quia in eodem art. CCC. id factum vocatur ein Mord, et mater infanticida eine Mörderin. III. NETTELBLADT in Diff. de homicidio ex intentione indirecta commisso S. 41.

De patre infanticida in *CCC. art. cit.* nihil expressum; sed, quia tamen Ius Rom. non est mutatum, pater similiter culo plectendus est (§34). **STRECKER** in *diff. ad L. Pompei, de parric. Cap. II. §. 2. II.*

§. XXXVII.

Ad speciales causas mitigantes non immerito referuntur, 1) si partus, et si viuus, non tamen vitalis (*gliedmäsig*) fuit; tunc enim deest circumstantia, per verba *CCC. art. 131.* oder *Gliedmaß empfan-*
gen haben, ad poenam ordinariam requisita: 2) omnis circumstantia,
quae intentionem directam excludit, licet indirecta adsit, conf. CARP-
ZOV. P. I. Qu. XVII. n. 9. s^qq. tunc enim factum non est *ein Mord*,
cui soli tamen poena ordinaria in CC. destinatur: 3) omnis circumstan-
tia, quae dolum vel proflus excludit, vel admodum minuit, sic enim
circumstantia, ad quam Imperator in CC. art. cit. verb. boshäftiger,
williger Weiß, respexit, in totum aut pro parte tollitur. Illud con-
tingit tunc, quando mater infantem recens natum in viuis esse probabi-
liter ignorauit, hocque errore inducta necauit partum, vel etiam si ma-
ter opprelsa sonno ex improviso partum suffocauit, vel si ex incuria
quadam factum suscepit, ex quo mors infantis fecuta. Hoc vero con-
tingere potest, si mater, animo alienum occidendi, partum qui suis
est interficit, vel ad dolosas importunasque aliorum sollicitationes, DE
CRAMER de poena filiae minorenis a matre ad infantic. seductae §.
10. II. Opp. Tom. III. aut si praecetto vel minis patris inducta necem
intulit infanti recens nato. **KRESS** ad *CCC. art. 131. §. 3. CARPZOV*
P. I. Qu. XVIII. n. 45. 49. quaeque sunt aliae id genus circumstantiae.
Exasperatur e contrario poena praeципue 1) in illa, quae infanticidum
forsitan saepius perpetrauit, quo casu vel viua sepelitur palo transfixa,
vel ante aquae immersionem forcibus carentibus vellicatur CCC. art.
131.; aut 2) quae crudeli modo slieuit in necatum.

§. XXXVIII.

Qui supra Patres Romanos liberos integros iure exposuisse negauit (§. 10.), id illos saepissime impune traxisse non negauit. Extrema
egeftas nonnullos excusauit, HVBUR, digress. lib. II. cap. 5. "alii colo-
rem suppeditauit. Ita LACTANTIVS Diu. Inst. lib. VI. cap. 20.:
Quid illi, quos falsa pietas cogit expondere? Non possunt innocentes exifi-
mari, qui viscera sua in praedam canibus abiiciunt, et quantum in ipsis
est, crudelius necant, quam si strangulassent. - - At enim parricidae
fa-

facultatum angustias conqueruntur, nec se pluribus liberis educandis sufficere posse praetendunt etc. Forte et aliae temporum calamitates tolerantiam mali suaserunt. Sed eius rei historiam pertexere vetat angustia pagellarum. Id annotasle sufficiat, quod expositio nonnumquam pro caede infantum fuerit *l. 4. D. de agn. et al. lib. L. 2. C. Theod. de Expositis*, et tale quid audenti poenam *VALENTINIANVS Sen. minitauerit l. 2. C. de infant. expos.* Adde quoque *l. pen. C. de pat. pot.* Has poenas viterius determinat *IVSTINIANVS* in *Nou. 153.* et quidem secundum pr. *Nou. cit.* qui talia perpetrarent, poenis extremis subiiciuntur, quo magis alii horum exemplo fierent temperatores. Et, si persona exposita in statu seruili fuerit, eam iubet omnibus modis liberam esse *all. Nou. cap. 1. l. 2. 3. C. de inf. expos.* Quum vero haec *Nou.* vt et tit. *C. de infant. expos.* poenam nimis indeterminatam fanciant, non adeo improbabilis est sententia *BEYERI ad CCC. art. 132. pos. 6.* legem videlicet Corneliam vel Pompeiam locum inuenisse quoad exponentes cum animo interitum infantis accelerandi; vt adeo poena spectanda sit, quae in parricidas hoc iure introducta erat.

§. XXXIX.

In Iure Canonico c. 9. D. 87. de eo, qui infantern ante ecclesiam exposuerat, nec tamen proposta a collectore contestationis epifola intra tempus competens repeterat, haec habentur: *Sane, qui post praedictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, ecclesiastica districione dannabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.* Caeterum, licet in c. vn. X: de inf. et langu. expos. de statu exposititiorum agatur, de poena exponentium tamen nihil ibi occurrit.

§. XL.

Secundum Nemesin Carolinam art. 132. ante omnia videndum, an infans expositus expositione perierit, an viuus seruatus fuerit. Prior casu, si scil. infans perit von solchem Hinlegen, non dubitandum est, quin infanticidium adsit (§. 9. 38.): sic etiam sentiente TENGERO, qui postquam im Leyenspiegel fol. 103. de variis speciebus homicidii egreditur, sequentia addit: wann hierin mögen auch verstandeu und gerecht fertigt werden die jheren, so ihr engen kinder erödten, von in legen, vertreissen ic. Quamobrem discernendus est casus, vbi parens, ab eo, vbi extranea persona partum exposuit. Si mater praecise infantern exposuit, CCC. art. cit. haec habet: so soll man die Mutter, nach Gele-

genheit des gefährlichen Hinlegens, am Leib oder Leben straffen, adeoque speciem poenae non determinat, sed potius Iudici arguento legum determinandam relinquit. Sic igitur ex CCC. art. 131. decisio petenda erit, quemadmodum hic digitum intendit et CC. Bambergensis art. 157. Item so eyn weis jr findet, von ir legt, vnd das findt wird funden vnd ernert, dieselbig muter soll an jrem leib nach Gelegenheit der sach, vnd radt der verständigen gestrafft werden. Stürbe aber das findt von solchem hinlegen, soll die Mutter gestrafft werden, wie im nechst vorgefasstem artickel (scilicet de infanticidio a matre commissio) bestimt ist; et CC. Brandenburgica art. 159. prorsus cum Bambergensi conueniens. Ex quo conficitur, quod mater, vel, quod idem est, pater, si intentione directa occidendi infantem exposuerint, morsque ex eo secuta fuerit, ordinario parricidarum supplicio, nimirum culeo, plectandi fint, LEYSER Med. ad P. Vol. IX. spec. 613. m. i. CARPOV Pr. Crim. P. 1. Q. 10. n. 8. a quibus dissentient STRYCK Vf. mod. Tit. ad L. Corn. de Sicar. §. 12. KRESS ad CCC. art. 132. §. 1. not. 1. p. 425. si vero expositione intentione indirecta occidendi a parente facta, poena ordinaria homicidiarum, nimirum gladius, obtinebit. Si infans vel prorsus non mortuus est, vel saltim ex ipsa expositione mors eius non secuta, poena est arbitraria, per CCC. art. cit. ibi: soll nach Gelegenheit der Sach und Rath der Verständigen gestrafft werden. De reliquis casibus, in textu quippe non expressis vid. §. sq.

§. XLI.

Miriganda erit poëta exponentium i) in iis, qui per se iam debiles seu non vitales infantes exposuerunt (§. 37.); 2) si tantum intentio indirecta occidendi adest (§. 37. 40.), ex modo periculose expositionis colligenda, CCC. art. 132.; 3) si omnis occidendi intentio adest, licet expositione dolo fiat (§. 37.); 4) si exponens est persona extranea, sic enim, et si infantis mors sequatur, non adest parricidium, LEYSER Med. Vol. IX. fp. 613. m. 3.; 5) si ex expositione mors infantis non actu secuta, CCC. art. 132. (§. praec.) quum hac ratione infanticidium tantum attentatum sit, et circumstantia, ad quam Legislator in poena fancienda respexit, vel maxime cestet; praesertim 6) si maxima necessitas et impossibilitas alendi partum accesterit, et in expositione cura seruandi infantis vitam adhibita. 7) Si expositione ita facta, vt non tam animus partum derelinquendi, quam potius onus alendi in aliud transferendi, inde appareat, quallem casum sistit LEYSERV loc. cit. sic enim mi-

B2

nitur circumstantia in poenam influens, arg. CCC. 132. ibi: *um hafſie deſ abſommen.* Exasperabitur e contra poena, 1) si expositio, praefertim ex qua infantis mors fecuta, saepius reiterata, vel 2) infans animalibus e. g. canibus, suibus, in praedam obiectus, atque ab iis consumtus, alioue eiusmodi crudeli ratione infantis expositio facta est.

§. XLII.

De poena sterilitatis procuratae in genere in *Legibus Seculi*, proenti ius ciuale in c. 5. X. *de teſtam.* vocatur, nihil ocurrunt. De castratione non modo in Scto ad Legem Corneliam de fiscariis facto, sed etiam in diuerſis HADRIANI constitutionibus, actum. Illo, caſtratores poena Corneliae legis plectendos esse, constitutum l. 3. §. 4. D. ad L. Corn. de fiscar.; in his, bonorum confiſcatione retenta, atrocior poena determinata, l. 4. §. 2. D. cit. ibi: *Ac ji quis aduersus Edictum meum fecerit, medico quidem, qui exciderit, capitale erit, item ipſi, qui ſe ſponte excidendum praebuit.* Ii, qui thlibias faciunt (i.e. qui aliis testes attērunt) ex Constitutione Diui HADRIANI, in eadem caufa ſunt, qua hi, qui caſtrant l. 5. D. eod. l. 128. D. de V. S. per conſequens eadem poena eos teneri oportet conf. l. 4. l. 6. D. eod. Non minor conſtantini m. ſeueritas, l. 1. C. de Eunuchis. Sed paulo clementior IVSTINIANVS in Nou. 142. c. 1. viros quidem vicifim caſtrari, eorum bona fisco addici, ipſos vero, ſi mortem euafent, in gypsum, mulieres autem, quātale quid egerint, praeter confiſcationem bonorum, in exilium mitti, voluit.

§. XLIII.

Secundum Ius Canon. is, qui ad potandum dedit, vt quis non poffit generare, aut concipere, aut naſci ſoboles homicidae iudicatur ſimilis c. 5. X. *de homic.* et, quamuis de poena nihil expreſſum, cum hiſce principiis tamen homicidii poena conueniet.

Schol. Rationem, cur omnes circa hoc delictum leges allegatae tam ſeuerae ſint conditae, illam habent Dd. quod idem fit hominem vegetum iam natum occidere atque ſpem prolis, cuius gratia tot matrimonia ineuntur, eripere, mares impotentes feminasque ſteriles reddendo; ſicque futuram impediendo cum generationem tum conceptionem, BEYER ad CCC. art. 133. poſ. 8. adde POECKEL l. c. cap. III. §. 29. atque huic etiam ipſa CCC. digitum intendiſſe videtur.

§. XLIV.

§. XLIV.

Iura Criminalia Carolina nefandum hoc crimen in viro, sicuti in homicida, poena gladii; in muliere vero; quamvis hoc in se ipsam perpetret, culeo aut alio capitali supplicio vindicari iubent, CCC. art. 133. Sed addit Imperator: so solch Uebel fürsälicher und boshaftiger Weiß beschicht i. e. si cum reatu et dolo fiat, et vellem conferri, quae dicta sunt suprà §. 32. Circumstantia vero, ad quam in poena constituenta Legislator potissimum respexit, est vita speratae proliis hac ratione impedita, vt indicant verba CCC. art. cit. als ein Tödenschläger. De poena masculi se ipsum sterilem reddentis quaestio institui posset: quum vero fufius haec disputare res admodum inutilis, quandoquidem, etiam si in thesi sint plana omnia, ob summam tamen incertitudinem circumstantiae, an vñquam persona, quae sterilis effecta, prolem habitura fuisset, si sterilis non esset redditia, in hypothesi numquam tutu applicatio, quo sit, vt ad poenam capitalem numquam perueniri possit. KRESS ad CCC. art. 133. §. 4. not. 1. Quae quum ita sint, ne nihil agere videar, praeter omnem necessitatem et utilitatem huic disquisitioni diutius immorari nolo.

§. XLV.

De mitigantibus in procurata sterilitate parum dicere attinet. Huc maxime referenda erit 1) summa incertitudo circumstantiae, quae Legislatorem ad poenam statuendam mouit (§. praec.); 2) is casus, vbi quaedam vestigia adsunt impotentiae, quae ante medicamenta epota, vel manum admotam, adsunt; sic enim corpus delicti sit incertum (§. 6.): 3) si culpa tantum in alios admissa delictum perpetratum, ob verba CCC. art. 133. so solch Uebel fürsälicher und boshaftiger Weiß beschicht. Si enim quis culpm in feme ipsum committit, regulariter poenae non locus est. Quod tandem exasperantia spectat, ea non quidem plane desunt: sed quia tamen pleraque non tam specialia sunt, quam omnium fere criminum communia, de illis fufius agere non conuenit proposito.

S O L I D E O G L O R I A!

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO RESPONDENTI
AMICO SVAVISSIMO
S. P. D.
P R A E S E S.

Quam nuper admodum mibi exhibuisti Dissertationem, magna
als TE cura conscriptam, eam nunc reddo TIBI, totam
ad hoc TVAM. Quae enim addidi, aut passim mutauit, tam pau-
ca tamque exigua sunt, ut merito negligantur. Coniungis in hoc
TVO scripto crimina, quae singula singulis Dissertationibus sat
vbelein materiam praebuissent: nec iuerim inficias, quod unum ex
illis feligere suasssem, si citius consiliis TVI me certiorem reddidif-
fes. Sed temporis angustia mutationem propositi non tulit: nec
illam adeo iudicauit necessariam, cum sic quoque diligentiae eruditio-
nisque TVAE praeclarum edideris documentum, atque, non esse
TIBI incognita, quae nouiter in orbe literario inuincta sunt, ostend-
eris. Restat, ut Doctissorum Aduersariorum dubitis in publico
conuentu satisfacias; eaque in re, quin talem TE praefitatus
sis, quem in Opponentis sparta excornanda iam saepius, in Fride-
riciana etiam nostra, TE praefitisti, non dubito. Qui igitur me
comitem elegisti, adstabo quidem, sed testis TIBI et auditor po-
tius, quam auxiliator: is enim es, qui auxiliatore non indiger.
Gratulor interea et TIBI, et admodum Venerando PAREN-
TI TVO, Inspectori Circuli Ierichouiensis, et Pastori Pri-
mario Burgensi meritissimo: TIBI, amice aestimatissime, de
eruditione multis laboribus quaesita, eiusque novo specimine;
Venerando PATRI TVO de filio non docto tantum, sed
eriam, quod longe maximum est, moribus ornatissimo. In pa-
riam reduci obueniant TIBI laborum praemia, ridens fortuna;
quis ut diutissime tranquille fruavis ex animo precor. Caeterum,
quisquis futurus es, ut TVAE memoriae, amicitiae TVAE, me
semper commendatissimum habeas, hoc est quod obsixe rogo. Vale.
XII

PRAE-

PRAENOBILISSIMO ORNATISSIMO QVE
CAROLO FERDINANDO GVIELMO
B E S E K E

BVRGENSI

S. D.

CHRISTIANVS ERNESTVS DE WINDHEIM

P. P. P. O.

PAENTI SVMME REVERENDO et optimo, de TVA
amicissime mi BESEKE in honorem Dei et Patriae educa-
tione semper paterna anxietate sollicito, donum sane magis
acceptum, quam litterarium hoc munus TVAEQVE diligen-
tiae et eruditionis publicum specimen, transmittere non po-
tuisses. Sicuti ILLI enim semper TE propter virtutem
TVAM TVVMQVE in TE erudiendo ardorem eximium enixe
amauit, nullisque sumtibus pepercit, maioresque, si opus esset,
in TVAM salutem lubenter infumeret: sic TV iam ILLI, li-
cer de TE nihil, nisi laudabilia vel sine hoc specimine ex-
spectanti, hocce TVO commonistras opusculo, a TE sumtus aca-
demicos non frustra, nec cum probro atque dedecore effusos
esse, nec sine publico diligentiae et bene actae vitae academicae
testimonia in patriam redis dulcissimam. Gratulor ergo SVM-
ME REVERENDO PARENTI filium bene moratum ac eruditum.
Gratulor et TIBI praeclarum profectum TVORVM speci-
men in lucem emissum, quod TE eadem promptitudine de-
fensurum esse, praesagio, qua illud conscripsisti. DEVS T.
O. M. adsit TIBI semper gratia sua, vt eum doctrinae gra-
dum attingas, ex quo aditus TIBI pateat opportunus, ad TVAM,
aliorum felicitatem promouendam. Vale, et in me meosque
amando, vt huc usque fecisti, perge. Dabam in Fridericiana
Franconica d. V. Febr. MDCLXIII.

Dear

Dear Friend,

The multitude of documents of your Love and Friendship for me, obliges me, to give a public testimony, how much I do esteem your noble heart and incomparable Knowledge, and to congratulate you upon that excellent dissertation, you have written presently, to give the world a public proof how close you do study, and how strong you are endeavoured, to learn for the use of world. Wishing you all happiness, health and recompense of your Virtue. I recommend me to your perpetual friendship, and beg to be persuaded, that I am pretty to oblige you in what I may, and that I shall be for ever

Sir

Your faithful friend and servant
John Gerlach Just of Voigts
Student in Law, Born at Celle.

Der Wahrheit würdig Lob bleibt Deiner Schrift zum Preis:
Dein Fleiß belohne Dich; das Vaterland den Fleiß.

Zu Bezeugung seiner Pflicht und Freude stellte
diese geringe Zeilen bey
des Herrn Verfassers
ergebenster Freund und Diener
Johann Christian Bindel
aus Anspach.


Drei Lieder

MONSIEUR,

Ce n'est pas que je pretende faire par ces lignes le panegyrique de Vos belles qualités & de Vos rares vertus. Je renfermerois un trop grand sujet dans un trop petit espace. Toutes les éloges sont trop faibles pour les donner à des qualités aussi brillantes, que les vôtres. Je les admire comme je le dois & tous ceux, qui ont l'honneur de Vous connoître en font le même. C'est plutôt MONSIEUR pour Vous rendre un témoignage public de la reconnaissance, que je Vous ai de l'honneur que Vous me faites d'être témoin d'un acte si glorieux & pour Vous assurer de mes très-humbles respects. Je voudrois être en état de Vous exprimer avec assez de vivacité les sentiments de mon cœur & combien je suis sensible à la gloire que Vous allez remporter. Vous connaissez mon cœur & Vous en jugerez Vous-même. Je n'ai que faire de remplir ces lignes des souhaits, Vos vertus peuvent exiger du Ciel tout ce qu'on peut vous souhaiter. Jusque comme il est, il ne laissera pas de Vous combler de tous ses bien & de toutes ses bénédicitions. Conservez moi l'honneur de votre amitié et de Vous en prie très-humblement. Il n'y a rien que je ne fasse pour la mériter & toute la gloire à laquelle j'aspire c'est d'être

MONSIEUR,

votre très-humble & très obeissant Serviteur
Jean Wolfgang Chretien Krausenek
Etudiant en Droits de Baireuth. Opp.



Du Den die Hoheit edler Seelen zieret
Zu der die Weisheit Deine Freundin führet,
Zu der die Tugend die Dein Herz fühlste
Dich vorbehielte.

Wenn Deine Schläfe jetzt schon Vorbeern schmücken
Wenn Deinem Ernst schon solche Proben glücken,
O welche wird die Reihe künftiger Zeiten
Dir erst bereisten!

Denn denkt mein Herz das Glück in Deiner Liebe,
Denn fühlt es stärker iene sanfte Triebe;
Doch ihre Größe -- könnte nur in Bildern
Ein Besetze schildern.

Diese Zeilen sind es, welche Sie, werthester
Freund, von der Hochachtung überzeugen sollen,
mit der ich beständig sein werde


Dero ergebenster Diener

Johannes von Hartlieb
aus Memmingen. Opp.

ULB Halle
005 355 311

3





27.13. num. 5.
2

**DE
CRIMINIBVS
DELICTORVM CARNIS
VTPLVRIMVM ACCESSORIIS
DISSERTATIO**

P 444

Q V A M
IN ALMA FRIDERICIANA
P R A E S I D E
VIRO CONSULTISSIMO AC DOCTISSIMO
D O M I N O
IOANNE CHRISTOPHORO
RVDOLPHO D. 1763, 2
IVR. P. P. O. ET PHIL. EXTRAORD.
ELECTORALIS MOGVNTINAE ACADEMIAE SCIENTIARVM UTILIVM
ERFORDENSIS MEMBRO ORDINARIO ET SOCIETATIS
TEVT. ERLANG. SOCIO HONORARIO
PATRONO AC FAVTORE SVO
OMNI OBSERVANTIAE STUDIO DEVENERANDO
DIE FEBRVARII CIO IO CC LXVIII
PLACIDAE ERVITORVM DISQVISITIONI
SVBIICIET
AVCTOR ET RESPONDENS
CAROLVS FERDINANDVS GVILIELMVS
BESEKE

BVRGO - MAGDEBVRGENSIS
SOCIET. TEVT. ERLANG. MEMBR. ORDINAR.

ERLANGAE
EX OFFICINA WALTHERIANA.